



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 71. Hujus Cardinalis Scripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

morem ac pietatem, perpetuo Virgini- Sæc. XVII.  
 tem, ac conscientiæ nitorem tam se- A.C. 1603.  
 dulo coluit, ut nullius unquam leth-  
 lis culpæ sibi conscius esset. Annum  
 denique agens ætatis suæ sexagesimum  
 tertium mortis horam præsentiens, Sa-  
 cellum ac tumulum sibi parabat, &  
 mensile Julio lethali morbo correptus, at-  
 que ad vitæ exitum se comparans om-  
 nia sua bona pauperibus testamento reli-  
 quit, demum Pontificia Benedictione mu-  
 nitus die decima quinta Augusti Beatæ  
 Virgini in cælos assumptæ Sacra, uti  
 optaverat, in Domino obdormivit, se-  
 pultus in æde Virginis Deiparæ in Val-  
 licella, nullo, uti caverat, Epitaphio  
 nobilitatus.

### §. LXXI.

#### *Hujus Cardinalis Scripta.*

Adeo excultum in omni arte ingenium, Possev. ap.  
 defæcatumque judicium Silvius ge- parat.  
 rebat, ut ejus ætate Roma neminem Bentivol.  
 se doctiorem, magisque eruditum nu- mem. c. 7.  
 meraret: Præterquam enim, quod ter-  
 fæ latinitatis, limatæque dictiōnis sty-  
 lique nitidissimi præstantia celebris es-  
 set, tanta etiam ingenii ac memoriae  
 felicitate, necnon judicii soliditate præ-  
 poliebat, ut intra paucas horas inte-  
 grum literarum acervum pluresque lu-

Cc 2

cubra-

Sæc. XVII. cubrationes, tam absoluto opere  
A. C. 1603. ficeret, ut nihil aut demere, aut mutare, vel lituris obducere necesse esset, sed cuncta verba inventis admodum apta responderent. Unde haud mirum, quod plurima eaque prorsus egregia ingens sui monumenta posteris reliquerit, inter quæ potissimum celebrantur. Tractatus de Christiana Puerorum editione Veronæ editus. II. De obicitate solis in morte Christi. III. De successione Apostolica. IV. De Symbolo Ecclesiastico, seu de conscribenda Ecclesiastica historia, V. de Primatu Petri VI. Symbolum Apostolicum Catholismo Romano insertum. VII. Responsum ad Oratores Alexandrinos. VIII. Lucubrationes in Rheticam Augustelis. IX. Commentaria in orationes Ciceronis: X. Orationes tredecim. XI. complura varii generis Brevia Apostolica. XII. Volumen epistolarum præter varia poemata sacro-profanaliaque carmina.

## §. LXXII.

*Bonvisii Cardinalis fatum.*

*Ciacon. vit.* Sexto post Silvii obitum die trigesimali prima Augusti naturæ debitum loquitur Bonvisus Bonvius natione Tuscanus, patria Lucensis, qui generis sui splendorum